



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Summula clarissimi iurisco[n]sultissimiq[ue] viri
Raymundi**

Raimundus <de Pennaforti>

Colonie, 4.III. 1502

VD16 R 168

Mulier pariendo patitur

urn:nbn:de:hbz:466:1-31223

patiuntur. vel quibus plus patiuntur. quia tale menstruum congregat ex nimia humi-
 morum indigestione superfluitate. Et sic tunc iste mulieres sive virginis que habent
 multum de humore humoribus bis vel pluries patiuntur in uno mense. quod autem
 minus habent de humore humoribus ille in uno mense semel patiuntur. unde dicunt
 medici et ipse Albertus magnus. quod menstruum est ita immundum et venenosum
 quod si fundaretur super arbores virescentes tunc tales non crescerent nec fructum pro-
 ducerent. sic quod illud lignum infructuosum et sterile fieret. Ideo dicit philosophus in
 de somno et vigilia. quod si tale menstruum fundaretur super speculum novum tunc specu-
 lum novum macularetur ex menstruo. et sicut si mulier menstruoosa inspiceret specu-
 lum novum. tunc faciliter non separaret a speculo macula. et si speculum sit vetus
 tunc faciliter separaret. Sicut patet quod mulieres menstruoose hominem inspiciunt
 et inficiuntur visum ad mortem sicut basiliscus. quia tunc tales mulieres videntes im-
 plere sunt cum malis humoribus. et sic tunc menstruoosi humores videntes exiunt
 et tunc humores etiam petunt exitum per oculos. et ita tunc ipse homo per visum
 suum ipsius mulieris inficitur ad mortem. Et etiam aer inficitur per mulierem
 tunc qui aer tunc defertur ad hominem. Inquinum ita forte quod talis aer corruptus ipse
 sum hominem inficit ad mortem. Et ideo tales mulieres caveant tempore menstrui
 ne accedant ad pueros lactantes in cunis ne inficiant eos. quia tales sunt fragilis
 nature. ergo valde faciliter ad mortem inficerent. Et ideo dicit nobilis
 Avicenna. quod talis mulier magis inficitur cum visu quam cum tactu. et Avicenna dat
 rationem de super. quia oculi sunt magis porosi. et ideo propter porositate oculorum tunc
 materia citius transit per oculos quam per alia membra. Item dubitatur. utrum mu-
 lier tempore illius infirmitatis potest reddere debitum carnis vel exigere. Et videtur
 quod non. ut habetur in leuitico ubi dicitur. Mulieres menstruosas ne accesseris. Et dicitur
 glossa ibidem. quod illo tempore mulier nec debet reddere nec exigere debitum car-
 nis. Sed in oppositum arguitur sic. leprose mulieri est reddendum debitum car-
 nis. ergo mulieri menstruoose. Consequenter tenet. quia lepra est infirmitas gra-
 uior quam passio menstruorum. Sed alius patet extra de coniugio leprosum libro quar-
 to. nam illa infirmitas non dirimit matrimonium ut patet infra. Ad du-
 bium responderetur per distinctionem. quod in illo actu sunt duo. unum est voluntarium. scilicet
 exigere debitum carnis. et aliud est necessarium. scilicet reddere debitum carnis. Hodo-
 dicitur. quod illud quod est necessarium hoc est faciendum. sed illud quod est voluntarium est omi-
 tendum. Causa prima est ista. quia mulier non est sua sed viri. sic etiam vir non est suus
 sed mulieris. Alij vero dicunt quod mulierem pati illam infirmitatem intelligi-
 tur dupliciter. Uno modo naturaliter. videlicet semel in mense propter defectum ca-
 loris naturalis. et isto tempore vir non debet accedere mulieri. Alio modo intelligi-
 tur quod patitur illam infirmitatem propter naturam sic quod quibus diu laborat in illa infir-
 mitate. et tunc in isto tempore vir potest accedere mulieri. Item nota quod si vir vel mu-
 lier petat debitum carnis tempore festiuitatis. vel in loco sacro vel tempore ieiunij. vel
 tempore menstrui. tunc peccat mortaliter. sed alijs diebus extra illud tempus licite
 potest petere debitum carnis sine magno peccato. Et dicitur notandum (sine magno pec-
 cato) quod nunquam vel raro fit sine peccato. unde Festa sacerdotum locus ieiunia menstrua
 pariter. Si petas coitum mortaliter peccas in illis. Ex isto sequitur quod certis temporibus
 vir et mulier licite possunt reddere debitum carnis. sed his dicitur non potest licite exigere.
 Ultimo notandum. quod quicumque mulier apta est ad fluxum menstrui tunc apta
 est ad viri consortium. unde mulier vel puella a tredecimo anno usque ad quinquagesimum